EVPHEMIÆ
Sive
ACCLAMATIONES FAUSTÆ
VIRO

Exacta Virtute atque Arte,

Juxtáque eximia rei Cheirurgicæ, ac Anatomicæ peritiâ multùm præstanti, DN.

ANTONIO STATLENDER,

Dictæ Cheirurgiæ, in celebri Thorunio, practico præcipuo, ac Civi,

SPONSO;

Cum

Virgine Lectissima

CATHARINA,
JACOBI BLIVERNICII,

p. m. Civis apud Thorunienses non postremæ caveæ, relicta Filia

SPONSA,

Nonis Sextil: Anno R. P. C. Salutis cIↃ IↃC LIX. optimâ lege, & auspicatò in uxorem ductâ.

â

Docentibus in Gymnasio animis gratulabundis factæ.

Typis Chalcographicis expressæ
â
Michaële Karnall, Gymn: Chalcographo.

LAudo meum *Antonium* Cheirurgica in arte Magiſtrum,
Clarum, cui pauci dexteritate pares.
Hic, cum dignus erat dotatam ambire puellam,
Ut mos, queîs nummus paginam utramque facit:
Complacuit tamen huîc pupillam moribus aptam,
Eligere, ad nutum quæ foret, ac genium,
Nec Pater huîc alienus erat Phœbeïa ab arte,
(Etſi erat à praxi) Pharmacopæus erat.
Nam bene conſpirant in mutua fœdera, Phœbi
Ars, Cheirurgica item, pharma-que-ceutica item.
Noſter, quicquid in his modó congenere artibus eius,
Quîs conſecratat Se, geniumque ſuum;
Nîl intentatum relliquit, nîl & inauſum,
Quod Cheirurgiam quomodocunque juvet.
Hinc peragrata illi loca plura, provinciæ, & Urbes
Hexin ut illius perciperet ſolidam.
Sic ádita Urbs Patavi, Neâplis, Florentia, Roma,
Inſubres, Veneti, Mantua, Nictobriges.
Emporia hinc Batava, & claras Germánidos Urbes
Viſit, & arti aptat commoda, ubique, ſuæ.
Nec peragraſſe ſatis, ſed ſi quos fama vehebat;
Servire, atque operam non pudet hiſce dare:
Dummodo proficiat Cheirurgica in arte, quod optat,
Non faſtidivit Nuſocomeia olida.
Moribus his facilè ſibi conciliavit amicos
Quoslibet: unde illi magna operæ pretia.
Tandem heic complacuit ThorunI figere ſedem,
Créditaque in fœnus, rite, talenta dare.
Ergo, quis addubitet quin largæ copiæ, Alumno,
Cornu Jehovæ ſuppetat usque, ſuo.
Auctis hæcce *fide* virtutibus, ominor iſtis
Plena etiam deînceps poſteritate domum.

Aliud Ejusdem ad Sponſum.

DUm jungeris lectiſſimæ, pulchellulæ
Puellulæ Dio favente Numine

Hoc

Hoc tempore animum ad Nuptias quando adijcis,
Quis non tuam *ſpem*, quis *Fidem* non prædicet?
Quæ læta ſcit tractare inter tot triſtia,
Sperare quæ vel contra ſpem ſcit optima.
Sed ex Potentis præfinito, Vos DEI,
Suis, ſuo, ſua deſtinantis, tempore
Conjungier nutu quis non videt?
Directione ſingulari Numinis
Adjungeris blandiſſimæ Sponſæ tuæ
Quæ prompta nunc *Fato* ſimul *rato* ſúo
Ad deſtinatum te applicat connubium.
Ergo agminatim dum precantur optima,
Vobis Amici è pectoris receſſibus,
Juxtáque & Ego Sponſis novellis Comprecor,
Ut ſint amores omnium integerrimi,
Seu læta ſors vos foverit, ſeu triſtior,
(Imó toro veſtro ſit hæc longiſſimè
Remota, vos ſummo tegente Numine.)
CHRISTUS (ſuæ qui Sponſus eſt Eccleſiæ,
Fidelium qui Robur, arx, ſpes, Anchora)
Tranquillioris rurſus auræ flamine
Deducat ad *portum bonæ ſpei* ſuos,
Poſſimus ut frui pace hîc & perpetim!

Sincero ex animo precans ſbt

M. JACOBUS GERHARDI

in Gymnaſio loci Veteranus, isque ærumno-
contráquàm Ad Hebr. 13. v. 17. ſè merens Profeſſor ac Viſitator.

ET decus eximium laudisque meretur honorem,
Qui potis eſt vitæ commoda ferre ſuæ.
Laudibus eſt dignus longè majoribus ille,
Qui vitæ alterius conſuluiſſe poteſt.
Ter magis aſt illi debetur adorea laudis
Qui ſibi, ſcitque aliis ferre ſalutis opem:

Non etenim nobis nati ſuperamus in orbe, *Plato in E-*
Non vitam ut ſolum te tuearis, agis; *piſt. ad Ar-*
Patria ſed partem noſtri ſibi vendicat ortus, *chitam Ta-*
Ipſe ſibi partem ſumit uterque Parens; *rentinum &*
Quin etiam partem noſter ſibi poſcit Amicus, *Cicero 1. Of-*
Publica Res partem poſtulat ipſa ſibi. *ficium.*
Non ſibi, ſed toti genitum ſe credere mundo *Lucanus lib.*
Debet Homo, pars eſt parva relicta ſibi. *2. Pharſal.*
Tutelam Terræ debemus opemque paternæ,
Auxiliatricem Patria poſcit opem.
Poſcit uterque Parens actæ ſolamina vitæ,
Lenimen ſenii poſcit uterque Parens.
Jungit amicitiam, quò ſe tuearis, Amicus,
Subſidium propter jungit amicitiam.
Publica curari Res vult, curâque tueri,
Te curante viret, Te renuente perit.
Inde palàm eſt; Homini quod ſit perparva relicta
Cura ſui, tum quod cura ſit alterius:
Non tamen interea ſe planè negligat ipſum,
Cura ſit alterius, cura ſit ipſe ſui.
Mandat amare Deum toto de pectore Jova,
Ut ſeſe Fratrem mandat amare ſuum;
Non tamen ultra Se Fratrem mandavit amare,
Non ultra ſeſe mandat ut iret amor.
Significare volens: Homini quod convenit omni,
Utque ſibi utque aliis commoda juſta ferat.
Scilicet hoc ſignatur Amor quem Proximus urget,
Quem-

Quemque ſibi pariter vendicat ipſe DEVS;
Scilicet hoc urgetur Homo, quò commoda præſtet,
Ipſe ſibi, atque aliis commoda juſta ferat.
Jure igitur famæ laudisque meretur honorem,
Qui ſibi quique aliis commodus eſſe poteſt.
Ut prodeſſe poteſt aliis, ſic proderit ipſi
Promptus in adverſis caſibus ipſe DEVS,
Ille ope compenſabit opem, pro munere munus,
Pro meritis meritò præmia digna dabit.
Inde recens etiam laudum magmenta meretur
SPONSUS, item merito dignus honore venit.
A teneris ſiquidem tali ſe credidit Arti,
Qua ſibi, quâque aliis ipſe favere poteſt.
Ungvibus à teneris cheirurgam exercuit Artem,
Quæ medicæ dici ſurculus Artis amat.
Eſſet ut in dictâ tanto perfectior Arte,
Ex omni ut melius parte teneret eam,
Acceſſit populos vario ſub Sole calentes,
Luſtravit varias Orbis in orbe plagas:
Nempe peragravit multas Germanidos Urbes,
Tranſiit Italicum Liliacumque Solum.
Tranſiit innumeras Regiones, tranſiit Urbes,
Omen ut exprimeret Nominis ipſe ſui.
Fecit id, eximiam quò ſic exactius Artem
Diſceret, ob multas commoditatis opes.
Sedulus hanc didicit ſic ille fideliter Artem,
Proſit ut hâc aliis proſit ut ipſe ſibi.

 Scilicet

Scilicet haud paucis prodeſt feliciter illâ,
Unde Viro famæ, laudis honosque venit.
Præmia pro meritis quid? quod ſatis ampla reportat,
Dum datur illius caſta Puella toro,
Moribus ingenuis ſimul & decorata pudicis,
Qualibus ornatas condecet eſſe Nurus.
Seſſitat in cujus veneranda Modeſtia vultu,
Pingit & ingenuus labra venuſta color.
Prominet è cujus Probitas venerabilis ore,
In facie cujus vivit honeſta Venus.
Quam comendat Eros, ipſum quam Nomen honeſtat,
Amne quod à ſacro primitus illa gerit.
Felix pro meritis qui præmia tanta reportat!
Annulus huic verè contigit ipſe Gygis.

In honorem utriusque
Sponſi cecinit

Ludovicus Möllerus.

NOn nigro rigidus vellem carbone notare,
Sponſos ſub ſævo Marte parare toros.
Sunt etenim tumidis præſtò pia Numina bellis,
Perverſum faciunt neu volitare nefas.
Impia compellunt cœleſtia Numina facta,
Humanæ gentis, bella ciere fera.
Noſtra merentur enim, dolor heu! male- facta pudorem
Aſt Deus, aſt Judex, Gloria, juſte, tua!
Non infinitas Deus optimus ſuſtinet iras
Converſis facilis voce vocatus adeſt.
Tandem ſi ſaperent mortales crimine cœci
Et requies cupidis paxque vocata foret.

Sed

Sed tamen in tantis sancitus fluctibus Ordo
Nullus cessabit, rem moderante Deo.
Hincque solent hostes, nostri sua bella secuti
Germani, junctis vivere Conjugibus.
Scilicet Armipotens turbatis novit adesse,
Ipse Deus rebus, findere & arma potest.
Quid ni credamus quoque nos; Eructet Erinnys
Crudelis, rabidas, fulmina sæva, faces.
Sustinet affirmans sancito fœdera verbo
Atque datam nunquam deseret ipse fidem.
Hinc Neonymphe tuas certò consistere tædas,
Crede, tuas sedes hoc positasque loco.
Sic voluit, poscitque fidem, vas fidus & Ipse,
Ipse sui verbi. Tu quoque crede Deo.
Is facit impleri varijs habitacula rebus,
Atque suo ornabit tempore Prole domum!
Vive diu felix, dulci cum conjuge vive!
Conjugium faustum sit sine labe tuum!

Gratulans & bene cupiens
Sponso fbt

M. Christoph. Hopp.

WEñ Mars mit Grim̃ außzeucht mit feindē da zu kämpffen/
Vnd wil mit grosser Macht dieselben zwingen/ dämpffen:
So sind Soldaten da/ die ziehen frisch ins Feld/
Vnd schlagen auff daselbst jhr Lager und Gezelt.
Sie führen/ Kraut und Loht/ Carthaunen und Canonen
Mit sich/ die mit dem Knall gar keines Menschen schonen:
Der Schwerdter schärffe muß durchdringen manchen Mann/
Daß er bleibt auff der stätt' und nimmer leben kan.
Es geht da seltzam zu: wird einer nicht geschlagen
Zu todt/ so muß er doch sein Haupt verhüllet tragen:

Bald

Bald wird ein ander Glied an seinem Leibe wundt.
Wo er jhm rahten wil/ so muß er zu der stund
Nach einem Wundartzt sehn/ der wunden wol kan heilen/
Dieselben sein gemacht mit Degen oder Beylen:
Wo nicht/ so muß er dann außstehen die Gefahr/
Die jhn gar offtmahls setzt hin auff des todes Bahr.
Jhr müßt/ Herr Bräutigam/ was ich gesagt/ nachgeben:
Jhr habt mit euer Kunst gerettet vieler Leben/
Den Fleiß dran nicht gespart: jhr habt gar manchen Held
Geheilet in der Stadt/ und in dem freyen Feld.
Wie komts/ daß jhr anjetzt kein Pflaster bey euch findet?
(Weil jhr verwundet seyd) Euch selbsten nicht verbindet?
Cupido, kein Soldat/ verwundet ewer Hertz/
Davon entsteht bey Euch/ angst/ leyden/ pein und schmertz.
Da recht/ so müsset jhr Galenum lassen fahren
Wie auch Hippocratem, und eure Salben sparen:
Nehmt nur der Liebe Cur mit fleiß vor eure hand/
Die Wunden bindet zu mit einem liebe Band.
Doch wird wol eure Braut/ nechst Gott/ die Wunden heilen/
Die euch Cupido hat gemacht mit scharffen Pfeilen.
Ergebt euch williglich gantz euer liebsten Braut/
Die euch der Höchste hat aus Gnaden anvertraut.
Sie wird mit jhrer Cur, wol lindern eure Schmertzen:
Sie bringt euch Lust und Freud. Jhr möget nun von hertzen/
Von hertzen frölich seyn: Lebt mit jhr lange Zeit
In gutem Fried' und Ruh'/ in aller Fröligkeit.

Solches wünschet
Tobias Müllerus
G. Thor. Coll.